ICONES
PISCIUM BRASILIÆ

Continentur 66 Icones



THEATRI
RERUM NATURALIUM
BRASILIÆ

TOMUS. I.

continens

ICONES
AQUATILIUM,

Iussu

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DN̄. FRIDERICI WILHELMI,

MARCHIONIS BRANDENBURGICI,
S.R. IMPERII ELECTORIS PRINCIPIS,
&c. &c. &c.

Digestus

à

Christiano Mentzelio. D.

ANNO M. DC LX.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DÑO.

FRIDERICO WILHELMO
DEI GRAT:
MARCHIONI BRANDENBURGICO
S. R. I. ARCHICAMERARIO
atq; ELECTORI PRINCIPI,
Magdeburgi, Borussiæ, Iuliæ, Cliviæ, Montium, Stetini
Pomeranorum, Cassubiorum ac Vandalorum: nec non in Silesia
Crosnæ ac Iägerndorffii DUCI, BURGGRAVIO No-
rimbergæ: PRINCIPI Halberstadiensi, Mindensi ac Caminiensi:
COMITI Marcæ ac Ravensburgi: DYNASTÆ in
Ravenstein ac Terrarum Leoburgi ac Bütovii. &c: &c:
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Devotissimi Obsequii
Præsens Documentum
Placere atq; approbari exoptat

humillimus
Christianus. Mentzelius. D.

SERENISSIME. ELECTOR.

HEROUM. MAXIME.

IMMORTALIS. TUI. NOMINIS. ET. FAMÆ. SPLENDORE.
ÆTERNITATIS. MONUMENTUM. ERIGET.
HOC. MEI. LABORIS. MOMENTUM.
TOT. NAMQ;. FULGIDUS. TROPÆIS. QUORUM. OCULATUS. FUI. TESTIS.
CUM. TE. SEQUERER. ET. CASTRA. MEDICUS.
TOT. CLARUS. VIRTUTIBUS. ALIIS. QUARUM. SUM. CONSCIUS.
VERE. NUNC. CLUES. GERMANUS. ALEXANDER.
HUIC. QUIDEM. SCRIPTIS. QUOD. PRÆSTITIT. OLIM. Q. CURTIUS.
QUOD. HODIE. MAURITIO. NASSAVIÆ. PRINCIPI. C. BARLÆUS.
ID. VEL. EXCELSIUS. QUIDPIAM. HIS. LABORIBUS. VEL. ALIIS.
PERENNI. TUÆ. GLORIÆ. NOMINISQ;. FULGORI.

FRIDERICE. WILHELME.

EXOPTO. TUUS. SUBDITUS. MENTZELIUS.
AT. LABORES. NON. INGENIUM. REDOLENT. QUÆ. DIGESSI. HEIC.
AD. NUTUM. PROMPTISSIMUS. TUUM.
QUIDQUID. ENIM. RERUM. NATURALIUM. BRASILIÆ. PRIMITUS. DEPICTUM.
SED. INDIGESTUM. ATQ;. INCOMPLETUM.
PRINCEPS. NOSTER. NASSAVIUS. BRASILIÆ. DOMITOR.
REDUX. QUONDAM. ATTULERAT.
STUPENDIS. TUIS. FACTIS. NON. CONTENTUS. CONCINNE. ID. ORDINARI. AC. PERFICI.
QUATUOR. HIS. TOMIS. VOLUISTI.
BONARUM. ACTIONUM. COMPLEMENTUM.
PANA. TE. VOCO. MEUM. QUI. MIHI. DAS. PANEM.
NATURÆ. ARBORUM. FRUCTUUMVE. DEUS. PAN. DICTUS. ORBI. τὸ ΠΑΝ. RESONAS.
NIMIRUM. OMNE. EXCELLENS. ET. PERFECTUM.
ALLUBESCAT. ORO. OPERA. ET. STUDIUM. HOC. MEA. MANU. SCRIPTUM.
ET. TANQUAM. MARMORI. POSTERIS. INCISUM.
DIGNARE. ID. PATROCINIO. TUO. ET. RELIQUA. NUNC. ABS. ME. ELABORATA.
TIBI. PRIMITIAS. NOSTRI. ORBIS. PANI.
HEIC. CONSECRATA. ATQ;. DICATA. SUNTO.
VIVE. CUM. FLORIDA. TUA. FLORA. ET. FLOSCULIS.
ÆTERNUM!
AC. PORRO. ME. PROTEGE.
SCRIPSI. *BEROLINI. *ET. PERFECI. *TOTIES. *INTERRUPTŪ. *OPUS. OB. *VARIA. TECUM.

AUGUSTE.

SUSCEPTA. ITINERA. ANNO. SALVATORIS. M.DC.LXIV.
TUI. AUTEM. IMPERII. XXIV.
AUCTOR.

LECTORI non minus, quam SPECTATORI
S.

Quod felix faustumq; ante omnia sit Serenissimo PRINCIPI ac DOMINO, DÑO. FRIDERICO WILHELMO, Electori Brandenburgico et Domino meo Clementissimo! Quod BIBLIOTHECÆ, simul ipsi, ob AUTORIS Tanti Fortuna atq; Auspiciis, in votorum omnium Summam ac Fastigium, perpetuis atq; immortalibus incrementis, procedat! En Tibi, quisquis es, SPECTATOR BENEVOLE, Incomparabilis ac Rarissimi Operis, quale aliis in Bibliothecis frustrà requiras, THEATRUM BRASILIENSIUM scil. RERUM, quas NATURA produxit, aluit, atq; enutrivit, ICONES, Ipsis in Natalium suorum incunabulis ac Patria sua, BRASILIA nempe, coloribus ad vivum exactissimis depictas; sic certe, ut Naturam ipsam propemodũ exæquare videantur. Qua de causa, cum et Serenissimo Electori in deliciis, nec ut Naturæ tantùm, sed ut THESAURI, omnisq; Eruditæ Curiositatis OSTENTA essent; tum vero omne ipsis pondus ac summam caritatem conciliaverat, Illustrissimi PRINCIPIS IOANNIS MAURITII NASSAVIÆ COMITIS, à maxima virtute meritisq; recens semper ac florentissima undequaq; memoria. Ejus enim Fortissimi terra mariq; Imperatoris ductu, velut occupata omnis Brasilia; sic mutato deinceps Imperio amissa, ab omni nihilominus hominum rerumq; et Naturum et Gestarum proventu cognita atq; illustrata, Talium, quæ spectas, Admirandorum atq; æternitatis Conciliatorem, in Patriam primò, ac deinde in Aulam propemodum nostram remisit. Ejus jussu picturæ primùm cœperunt; Ejus primum dono ac munere Serenissimo ELECTORI nostro resignatæ sunt. Sed neq; tanti erat apud Serenissimam Celsitudinem aut privata Amicissimi Principis necessitudo, aut rerum insolentissimarum arcana voluptas, quin omne istud Spectaculum ex Synthesi sua perquam munificè dimittere, ac deinceps interiore Bibliothecæ suæ Sacrario reconditum, Bonis Cordatisq; rei literariæ Cultoribus ac Patronis, pro singulari Gratia pariter ac Humanitate sua præbere in Posteros usq; voluerit. Quo nomine tam propensæ voluntati Serenissimæ Celsitudinis non tantùm æternas atq; immortales gratias, quisquis Pius ac Memor Hospes es, Antiqua Fide ac Virtute persolves; verum etiam Tanti Muneris ac Doni Indulgentissimum Autorem Supremo NUMINI commendatum, Bonis Omnibus omniq; cultu ac veneratione prosequeris.

Nunc quorum in hoc condendo Rerum Brasiliensium THEATRO meminisse Te atq; admonere voluerim, Lector aut Spectator Humanissime, si grave non est, paucis accipe. Cum Serenissimo ELECTORI constitutum esset, dispersos hinc inde, dissitisq; locis avulsos à se invicem libros suos Splen=

Præfatio

Splendidissimo quodam loco in Bibliothecæ formam ac modum colligere, istaq; Provincia ut recte ordinaretur, in Virum Nob: et Clariss: Dn. IOANNEM RAUEN, quem à Consiliis et Bibliothecæ cura delegerat, jam translata esset; factum est Bona Fortuna, ut Serenissimi Voluntatem de digerendis ordinandisq; Iconibus istis, et quisquis hoc faceret, ejus non contemptam à Serenissimo; sed probatam collaudatamq; fore operam intelligerem. Addebat Clar: Dns. Bibliothecarius calcaria à desiderio cumprimis suo & meo simul munere, cui Res Naturales non minus curæ cordiq;, ac Serenissimi Principis quotidianum in tuenda valetudine cum cœteris Personæ Medicis Officium, demerendæ hoc magis Gratiæ perquam idoneum atq; opportunum esset. Nihil equidem ad Rei Literariæ ac Posteritatis vota æque præsens esse, quam simplicem illam absq; omni Invidia aut Ambitione Promptitudinem. His omnibus cum Serenissimi ELECTORIS voluntas accederet, quid gratius honestiusq; mihi Ejus subdito contingere poterat, quam Tanti Principis vel nutum, nedum Iussa in pulcherrimis rebus habere reverenter omniq; obsequio venerari? Suscepi ergo hanc operam lubentissime, sed non exiguo cum labore, quem tamen initio spretum, progressus adauxit, pervicacia tandem animi, finisq; Primo impositus Libro, hoc felicius superavit. Et sanè, cum mihi Icones et Simulacra Rerum istarum in ordinem aliquem essent colligenda, quemcunq; sequerer, utrum ex consilio Meum, an exemplo Nob: ac Clariss: PISONIS, editum illum ac publicè prostantem; Barbara nihilominus ista Brasiliensium Nomina atq; appellationes multum nobis negotii tœdiiq; facessere cœperunt. Clariss: tamen PISONIS et MARCGRAVII, utpote eorum, qui Oculati istarum Rerum testes fuerant, monumenta, non secus ac Pharum olim aut Strongylen hodie intueri, quantumq; fieri posset, isthuc iter omne dirigere oportebat. Sed hinc Scopuli; inde Brevia; illinc Syrtes, Scyllæq; prominebant. Nam et in illorum, quos dixi, libris, tam BRASILIENSI priùs, quam UTRIUSQ; INDIÆ posteriùs edita HISTORIA, Icones aliquando non conveniebant suis descriptionibus: & Nomina cum nostris eadem; alienam apud nos Figuram non rarò ostendebant. In nostris aliqua ipsorum desideravimus: in illis omissa vidimus nonnulla, quæ à nobis exhibentur, aut parum abludentia. Primum ergo, quod vestigio Clar. PISONIS insistere non potui ubiq; et pedetentim ex ordine ipsius, factum est ea de causa, quod Toxicâ ab Alexipharmacis non separaverim; sed hæc illis miscuerim, servatâ nihilominus, quantum diligente intuitu conjectari licebat, Rerum Naturalium externâ Specie, & deductâ inde illarum Cognatione. Id enim ad Ordinem Rerum Naturalium suum sibi Proprium ac Nativum à nobis Palmarium

ac

ac Princeps videbatur. Deinde, cùm istas, quæ in Editis comparent, Icones á nobis desideratas, recipere in Libros perinde nostros, easq; ex descriptionibus suis pingendas Serenissimi ELECTORIS jussu quamprimum expectemus, deligendæ ante omnia erant illæ, ut dixi, Figuræ inter se affines ac propinquæ; mox loca illis vacua relinquenda, & ne hiaret aliquando opus, de numero providum. Tandem accedebat et hoc, quod in Celsissimi Principis Iconibus aliæ, & præcipue duorum Librorum, coloribus quidem aquariis, sed egregie per punctulorum minutissima distinctæ essent, quas conjungi cum illis majoribus nostris olearibus coloribus depictis, summo accuratoq; Iudicio vetabat Serenissimus ELECTOR: Illas ergo, quæ colorum essent olearium, THEATRO suo nonminus separatim atq; illas aquariorum colorum mandaret. Quo pacto nomina istarum Iconum colligenda, istisq; interim vacua inscribenda erant loca. Superavi tamen ac vici improbum laborem, qui tanto jucundior mihi, non tam à præteritorum memoria, quam ab ipso pulcherrimo maximoq; Opere evasit. Isthæc enim THEATRI hujus Magnificentia, iste Splendor, ista commendatio est; ut, quò nihil in Historia Divinius putatur, Veritatem ac Certitudinem Rerum, ipso statim aspectu, non longis atq; ambitiosis descriptionibus assequare. Neq; enim vel minima ista colorum inter se discrimina, aut partium membrorumq; competentiæ ac numeri ullius vel disertissimi hominis Eloquio exprimi sic possunt, quàm solo Obtutu, & statim ac simul hauriuntur: frustraq; in enumerandis rerum aspectabilium figuris desudatur, ubi Pictoris Ars atq; Industria omnem circumscribentis Phantasiam prævenit ac superavit. Tanto plus in Usu Pictura præstat, quam Eloquentia. Præsertim si Apographa Bonæ Fidei atq; à manu docta sint, nec ultra nativum decus progressa. De quo Celsissimus Princeps cavit quàm diligentissimè. Hujus enim summum in pictura quoq; Iudicium, nec alius unquam amor fuit, nisi servatæ ante omnia Indolis rerum subjectarum. Unde inter omne Instrumentum, inter Unionum atq; Elenchorum omnem opulentiam, nihil æquè Ipsi carum cordiq; fuit, quam hæc Peregrini Orbis & ludentis ibidem Naturæ inæstimabilis varietas. Ipse Talium Curiosissimus Princeps, duob. istis, quos dixi, Libris, qui figuras depictas coloribus ut plurimum punctim applicatis continent, veram molem ac dimensionem rei deliniatæ manu sua, nostra Teutonum lingua adscripserat, ut hos libros, tanquam Authenticos, pro Canone dijudicandorum animalium, tàm Aëreorum, quàm Terrestrium et Marinorum, inspicere ac venerari ubiq; parsit. Quanquam cæteræ oleaginæ, ut ita dicam, picturæ non minoris Autoritatis censendæ, quandoquidem eodem jussu curaq;, imo eodem simul natali solo prodierint, oculari fide commendatissimæ. Tale tantumq; Rerum Exoticarum Spectaculum, postquam semel concessit in Serenissimi Nostri Potestatem, Ejusq; iterum Dono ac Munere Bibliothecam ante omnia suam, mox Vniversam Rem Literariam, memoremq; illam ac Piam, ut precamur, posteritatem, ornare atq; erudire nunquam desinet;

desinet; annon putes, majorem longe felicitatem illa Alexandri Magni redundasse in Serenissimum ELECTOREM Nostrum? utpote qui Eruditissimorum Virorum, & Magni ipsius Principis Judicio fultus; non vero istis proletariis aucupum & piscatorum descriptionibus factis, quinimo, veris illis Rerum Simulacris NATURALEM HISTORIAM prosequi nunc instituit, quibus nil par aut secundum Appellæa istorum temporum curiositas aut efficere potuit aut fingere.

Addat Serenissimo ELECTORI Supremum NUMEN annos de nostris, Pacisq; servet Consilia, à quibus Ipse servatus ac tectus inter medios hostes fuit: Has deniq; in præsenti Delicias suas, Ipse Literarum ac propemodum Orbis ipsius Delicium atq; Amor, ab omni mala fortuna casibusq; protervis, quantum humana providentia cavere licet, in seram usq; Posteritatem PIUS FELIXq; vindicet! Quod Votum nostrum ut exaudire velit Ille, qui Solus omnia videt auditq;, mecum Precare ac Vale

LECTOR non minus, quàm SPECTATOR
Humanissime

à . T.
Christiano Mentzelio. D.

*Nota. Literæ H.B. designant Historiam naturalem Brasiliæ Cl. Pisonis Anno 1648 impressam. Literæ vero H.U.I. Historiam utriusq; Indiæ Ejusdem Aut. editam Anno 1658. Sicut L.P.1. vel 2. Librum Princ: Mauritii primum vel secundum.


INDEX PISCIUM & CANCRORŪ
IN HOC TOMO PRIMO CONTENTORUM
secundum Appellationes Brasiliensium.

Jabeba=


Pindá



2


Iacĭtatâguaçû.
3

Iacitatâguaçû.



Cayacánga. ✗



5

Pirâiceóca. ×



6

Reriapiÿa.



Punarû.



iacarêpetũmbuaba.






L V 1 p 364

Guaperuâ.




11.

Iabebĭretè.



12

Iabebŭretépiníma. x



13

29 Aieréba.



14

Nari Nari. tu 28. p. 58. et 293



Piraroba .x



Baiacúapé - x



Guïrî.



Guiri.



19

Guïrî. 7



20


Guĩrîrupiâ.



Guĭrî.



Guacari.




Pixedáidi
Uyt Co
Angola
24

Amoréçĭma.



Taÿaçica.



26

Caramuru.




27

Piesloira.



Pirâibíra.





Guamaiacu ati



Niquî.



Pirameiuĩ.




Piramcius.



34






36

Guaperua.



37

Guaperuâ.



38

Guaperuâ.



Piába.



Piquitinga.



41

Camurî.



42



Pirâatîatî.



Guatucupâ




45

Paratí.



46

Dit is oock een doradus dolfinus
maer was veel grooter als den andren
was van de grotte van een Cabelau
en is zeer goet om te eten




Dit is een vremde vis - genaempt meerou is vande grootte van een grote Cabelau



Acarapitánga.




Araberi. x




jetigmicira

Curemâ.



Curemata.



Tareira.



Piráya.



53

Piraytinga













Potiatinga.
Potiguaçu.

Guaricurû.



99

Çiriayeima.




61

327



62

Guaiâ.



63







[illegible]

Abraham

Abrahams[illegible]